Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0002-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0004-9

1764.

1. *Ackermannus: De testamento judiciali absque actuario neque ablegatis scabinis valido. Programma, quo ordinarius senior caeterique facultatis juridicae assessores ad memoriam Ackermannianam ... invitant.

2. *Bornius: Inest paradoxon juris: Si emtor in mora accipiendi sit, licere venditori rem venditam ulterius vendere, etiamsi lex commissoria non adjecta fuerit.

3 *Schnezius - Gersdorf: Rhapsodia quaestionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen lege decisarum. Collect. I. Programma, quo ordinarius senior caeterique fac. jur. assessores memoriam Schnezio - Gersdorfiam indicunt.

4. *Bauerus, Johannes Gottfredus: Programma, quo ordinarius et fac. jur. ad memoriam Johanni Gottfredi Baueri colendam invitant.

1764.

5. Bauer, Henricus Godofredus: De pecunia feudali. Programma, quo ad orationem auspicalem invitat.

6. Bauerus, Henricus Godofr.: De testamento mystico.

7. Bauerus, Henr. Godofredus: An et quatenus fideicommissarius universalis legatum a fiduciario relictum solvendo se pro herede gessisse existimandus sit?

8. Bauerus, Henr. Godofredus: Ius venandi contra privatum an sit praescriptioni obnoxium.

9. Boehmius, Joh. Gottlob: De ordine Draconis instituto a Sigismundo Imp. Prolusio, memoriam Henricianae, Seyfertianae, Ridelianae . . celebrandae praemissa.

1764.

10. Breuning, Christianus Augustus: De clausula testamentaria, ne a testatoris voluntate recedant heredes.

11. Breuning, Christianus Henr.: Quatenus prolongatio debiti moram purget.

12. Breuning, Christianus Henricus: De mandato praesumto.

13. Breuning, Christianus Henr.: Capita juris controversa. Specimen 11.

14. Breuning, Christianus Henr.: De alienatione creditorum.

15. Breuning, Christianus Henr.: Capita juris controversa. Specimen 13.

16. Breuning, Christianus Henr.: Capita juris controversa. Specimen 14.

17. Breuning, Christianus Henr.: Quatenus juramentum sit probandi medium?

1764.

18. Breuning, Christianus Her: De natura ac usu actionum utilium

19. Breuning, Christianus Her: De tutore unice gesto ad rationes reddendas obligato.

20. Breuning, Christianus Her: De jure expellendi legatum gentis liberal..

21. Breuning, Christianus Herr: Capita juris controversa. Spec. 12.

22. Breuning, Christianus Her: De jure restringendi libertatem subditorum.

23 Breuning, Christianus Her: De herede in donatis propter nuptias instituta

24. Breuning, Christianus Her: De protestatione contra acceptationem conditionatam litterarum cambialium.

1764.

25. Hommel, Carolus Ferdinandus: Mortuo uno conjuge testamentum reciprocum ex parte superstitis illico fideistitutum ac omnino invalidum. Programma, quo solemnia doctoralia Georgii Augusti Marchii ... indicit.

26. Hommelius, Carolus Ferdinandus: De iniquitate legum Romanarum remissionem cautionis usufructuariae testatori denegantium.

27. Hommelius, Carolus Ferdinandus: De nobili vasallo in dominium consentiente.

28. a. b. Hommelius, Carolus Ferd: Matrimonium sine proposito liberos procreandi legitimum 2. Exempl. 1764 u. 1766.

29. Kuestnerus, Christianus Wilhelmus; fac. jurid. procancellarius: legem 2 C. de resc. vend. liberis heredibus non opitulari contendit. Programma, quo honores doctoris juris Gotthardo Sigismundo Seyffert indicit.

1764.

30. Marche, Georgius Augustus: de divortiis

31. Platnerus, Fridericus: de exceptionibus necessariis sive juris publici.

32. Thomasius, Traugott, fac. jur. procancellarius: Prohibita alienatio bonorum hereditariorum ad mobilia est extendenda. Programma, quo Caroli Gotthelf Zizmanni panegyrin doctoralem indicit.

33. Wiesand, Georg Steph: Priscum honorem domino a vasallis praestandum ex jure antiquo repetit. Programma, quo ad orationem auspicalem invitat.

34. Wiesandius, Georg Steph.: Vindiciae l. 1 § 2 D. de justitia et jure.

35. Wiesandius, Georg Steph: Vindiciae l. 1 § 2 D. de justitia et jure

1764

36. Wiesandius, Georg Steph: De osculis jurium symbolis.

37. Wiesandius, Georg Steph: Vindiciae ll.§1. D. de justitia et jure.

38. Wiesandius, Georg Stephan: De origine et natura fidelitatis vasalliticae

39. Wiesandius, Georg Steph.: De ratione interpretandi nundinarum sollemnium.

40. Wilke, David Gotthofredus Aegidius: De obligatione parochianorum ad reficienda aedificia ecclesiastica.

41. Zizmannus, Carolus Gotthofredus: De nonnullis, qui a cautione pro expensis immunes sunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0012-3

0145

1764,3.

1.

MEMORIAM

SCHÜZIO-GERSDORFIAM

IN AVDITORIO PETRINO

DIE XXII. DECEMBR. HORA IX. RECOLENDAM

INDICVNT

ORDINARIVS
SENIOR CAETERIQVE FACVLTATIS
IVRIDICAE ASSESSORES

RHAPSODIA

Quaeſtionum in foro quotidie obvenientium, neque tamen legibus deciſarum.

Collectio I.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIA.
1764.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0013-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0014-4

Cum ſaepius dictum ſit et omnium ſenſibus exploratum, nihil eſſe homine in rebus minutis garrulo odioſius, mirandum profecto, in diſſertationibus aut programmatibus ſuis tam longos circuitus ac ſuperuacaneas proluſiones pleroſque facere, antequam ad rem propoſitam, quae forte tribus quatuorue verſibus commode dici poterat, immo exhauriri, deueniatur. Quorſum enim quaſi praeparatorie vulgares ac proletarias definitiones, deinde diuiſiones promiſcuas et theſes in elementariis libellis nouis veteribusque omnibus ſatis abunde tractatas taedioſe recoquamus? Scio tamen, quare hoc ita eueniat. Nempe, qui animum primum ad ſcribendum appellunt aut etiam rarius calamo vtuntur, vix quicquam magis metuere, quam ne ſcriptiuncula nimis curta videatur. Illud, o boni, caueatis potius, ne inſipida. Non exiguam vero laudem meruerunt Critici, qui, cum in rebus minutis verſentur, minutas etiam et breues obſeruatiunculas in vno libello admodum multas colligunt, quorum ſuccinctam ſcribendi rationem nos in pragmaticis obſeruationibus, quas ſcribere inſtituimus, imitabimur et breuitati potiſſimum, quae cunctis grata, ſtudebimus. Nempe vt lectores propoſitum noſtrum et quale coeperimus ſcribendi conſilium ſtatim intelligant, cum Ordinis nomine multa quotannis Programmata emittenda ſint in publicum, eaque breuia neque tamen plane inutilia eſſe debeant, ſeriem quandam et cohaerentem quaſi catenam vnius Propoſiti facere et, nonſolum in hac praeſenti, verum etiam in futuris, eiusmodi proluſionibus quaeſtiones aduocatis vtiles breuiter ſumma cum varietate proponemus, *de rebus in foro frequentibus*, *neque tamen legibus aut ſcripto iure deciſis*. Itaque nemo exiſtimet, nos raros admodum caſus (quam laudem plane deprecamur) enarrare velle. Cui bono enim collectio cauſarum, quae integro in ſeculo vix iterum accidunt? Fructuoſiores longe hominibus in foro verſantibus deciſiones rerum, quae non raro, ſed ſaepius, eueniunt, neque tamen in iure Romano, Saxonicoue definitae, neque etiam a MENKENIO, CARPZOVIO, BERGERO, WERNHERO, LEYSERO, aliisque forenſibus auctoribus pertractatae, aut ſi tractatae ſunt, propter altercationes nimias et fluctuantes doctorum controuerſias incerta ſub alea pendent, ſiue, vt vno verbo planiſſime dicam: rerum eiusmodi, quas meris, vt vocantur, *Obſeruantiis Dicaſteriorum* ſtare vel cadere videmus. Has, vt in manus veniunt, populo vulgabimus ſtilo pragmatico, id eſt, incomto. Sic miſſo aulaeo, ipſae prodeant:

OBSERVATIO I. Vidua, ſi poſt trigeſimum (nam ad hunc vſque diem defunctus vixiſſe putatur) ſe mariti debita ſoluturam promiſerit, ceſſat quidem exceptio *authenticae ſi qua mulier*, quoniam cauſa et ratio legis nempe ſuſpicio metus aut etiam perſuaſionum ceſſat. Attamen exceptioni Senatusconſulti Velleiani adhuc locus eſt, cum ſi non pro marito, tamen pro eius hereditate iacente fideiubeat. Neque enim aſſentimur iis, qui hoc *conſtitutum* vocant, quae vera interceſſio eſt. Itaque vidua, quae poſt trigeſimum meriti debita in ſe ſuſcipit, renunciare debet SCto Velleiano et certior fieri iurium muliebrium eo modo, qui in Deciſione 24. anni 1746. praeſcriptus eſt. Niſi forte poſt

biennium repetierit interceſſionem, tunc enim, etiamſi nulla renunciatio facta, tenetur. *L. 22. C. de ad SCt. Vellei.*

II. Ruſtici, vendito liberis praedio, ſaepe habitationem ſibi et victum ſtipulantur, quod vocatur *ein Auszug* item *das Altvater Recht.* Quid? ſi patri filius aut etiam extraneus praedii emtor venditori habitationem cum alimentis promiſerit viduo, deinde is vxorem ducat? Non dubium, vt opinor, quin et hanc in domum ſuſcipere teneatur poſſeſſor praedii, quia vxor eſt perſona acceſſoria et quaſi appendicula viri. Difficilior paululum quaeſtio: ſi non viduo, ſed viduae, habitatio promiſſa, atque illa nubat. Sane durior euadit conditio promiſſoris, cum nonſolum virum in domum ducat, verum etiam genitis liberis eam impleat. Licet vero hic, vt ſupra, dicere: virum acceſſorium eſſe mulieris, nefarium putem, nihilominus tamen et filius praedii poſſeſſor ferre tenetur vitricum, ſi mater talem inducat, ſcire enim debebat filius, cum habitationem promitteret, eam adhuc nubilem eſſe. Plane vir et vxor vnum corpus, vna perſona, exiſtimantur. Quid multis opus eſt, cum habeamus legem ab hac facti ſpecie non plane abludentem, nempe *L. 4. §. 1. ff. de vſu et habit.* in qua VLPIANVS: *Mulieri ſi vſus relictus ſit, poſſe eam et cum marito habitare Quintus Mucius primus admiſit, ne ei matrimonio carendum foret, cum vti vult domo. Quid ergo ſi viduae legatus ſit? an nuptiis contractis poſt conſtitutum vſum mulier habitare cum marito poſſit? Et eſt verum poſſe eam et poſtea nubentem cum viro habitare.* Sed et cum ancilla poteſt habitare et pauperculos aegrotosque parentes recipere. *L. 6. eod.* Fateor has leges de vſu aedium teſtamento relicto loqui, neque tamen quicquam prohibet, easdem habitationi per pactum conſtitutae aptare, quae illi, ſi pauca exceperis, ſimillima.

III. Contumaciam non accuſatam nemini nocere nonnulli obſoletum quoddam et vetuſtae iurisprudentiae dictatum putant, quod in Proceſſus Ordinatione Recognita *tit. 16. §. 1.* abolitum ſit, in qua ſcriptum reperitur: *Die Litis Conteſtation ſol gleich in erſten Termin ſub poena confeſſi et conuicti geſchehen, und hierauf in deſſen Unterbleibung, wenn der Beklagte darzu richtig citiret geweſen, wirklich erkant werden.* In hoc claſſico loco cum contumaciae accuſatio non praeſcripta ſit, eam inſuper habent. Aliter collegio noſtro viſum, ob *tit. 4. ſſ. 5. et tit. 10. ſſ. 2. O. P. R.* ibi: *auf die von Gegentheilen beſchehene Ungehorſams beſchuldigen* et altero loco: *nach Klägers Ungehorſams Beſchuldigung.* At in articulis probatorialibus et reprobatorialibus, ſi productus aut reproductus emanſerit, non opus eſt contumaciae accuſatione.

Hoc etiam ſingulare, meoque iudicio, nimium ſubtile, quod nullam admittimus in ſcriptis contumaciae accuſationem, ſed plerumque nuncupatiuam requirimus *von Mund aus in die Feder.*

IV. Legatarius ex teſtamento executiue agere nequit contra heredem, vti ſaepiſſime pronuntiauimus, ex hiſce rationibus: *Obwohl einige Rechtsgelehrten* (LEYSER Specim. 381. Med. 3. et 5. CARPZOV P. 3. conſtit. 13. defin. 35. WERNER P. 4. Obſ. 93.) *daſs ein Legatarius aus dem Teſtamente wider den Erben executiue zu klagen allerdings im Stande ſey, behaupten; Dennoch aber und dieweil ein Erbe nicht durch des Teſtirers Willen, und deſſen Erb Einſetzung, ſondern*

dern durch Antrit der Erbſchaft, welche unter die Quaſi contractus gerechnet wird, ſich denen Legatariis verbindlich machet, auf dergleichen bey denen Quaſi contractibus vorkommende praeſumtiones aber und Fictiones in dieſer Art des Proceſſes kein Erkentnis zu gründen, ſondern in allen Stücken klare Briefe und Siegel, welche ein ausdrückliches Verſprechen in deutlichen Worten enthalten, erforderlich, mithin aus einem Quaſicontractu keines Weges executiue geklaget werden mag, ſintemalen ein Teſtament, einer verbindlichen Handſchrift, wodurch der Schuldner ſich zu etwas anheiſchig machet, nicht zu vergleichen iſt, mithin bey der Actione ex teſtamento nur allein der ordentliche Proceſs ſtat findet (BERGER *Supplement. ad Electa Diſc. Forens. tit. 5. p. 46. ſeqq.*) *wozu kommet, daſs der Erbe weiter nicht, als nur in ſoweit die Erbſchaft zureichend, gehalten iſt; Ob aber der Nachlaſs ſo beſchaffen, daſs alle Schulden und Legata beſtritten werden können, aus Documenten ſchwerlich alſo fort zu erweiſen, vielmehr die Ausflucht, daſs die Erbſchaft unzureichend, als ein verneinender Satz von Beklagten nicht beygebracht ſondern nur angeführet werden darf; woraus Klägers Obliegenheit dieſes darzuthun ſich ergiebet, beſonders in gegenwärtigen Falle der Antritt der Erbſchaft Inhalts der Regiſtratur fol. 22. nur unter der Bedingung, wenn dieſelbe zureichend, geſchehen, mithin daferne auch ein oder das andere Dicaſterium der Meynung dererjenigen, ſo dem Proceſſui executiuo in dieſem Falle ſtat geben, beypflichten wolte, nichts deſtoweniger ſo gar ſolchen Falls die Klage, immaſen ſie anbracht, zuverwerfen, etc.*

V. Fallunt, qui *arg. L. 53. ff. de reg. iur.* remedium ex *L. 2. C. de reſcind. vendit.* locum habere negant, ſi quis ſciens rem minoris vendiderit. Nam hoc demum intellige de caſu, ſi venditor animum donandi habuit, non autem ſi neceſſitate coactus rem ſciens minoris vendidit. Itaque ſi parentes vni liberorum praedia ſua viliori pretio vendant, facile concedo remedium *ex L. 2. C. de reſcind. vendit.* locum non habere. Subeſt enim ſpecies liberalitatis, ſcilicet cum donare potuiſſet pater, quidni vendere leuiori pretio? Itaque contractus adeſt ex duobus mixtus, partim nempe venditio, partim donatio. Si quis autem tempore belli bonis venditis etiam ſciens vltra alterum tantum laeſus ſit, locus vtique reſciſſioni erit. Nam inuitus nemo donaſſe putatur. *L. 10. C. de donat.*

VI. Si ex *L. fin. C. de fideicom.* agatur, non ſufficere, ſi teſtator in praeſentia heredis de fideicommiſſo locutus ſit atque v. c. dixerit: poſt mortem meam centum Titius habeto. Plane enim neceſſarium eſt, vt fideicommittens verba ad heredes dirigat, iisque ſolutionem imperet. Sic centies iudicatum.

VII. Praeuaricatio aduocatorum punitur quindecim aut viginti thalerorum mulcta.

VIII. Abortus procurationem capite puniendam eſſe, ſi medium geſtationis tempus praeterfluxum iuris periti exiſtimant. At ſi partus vitae proximus abigatur, fuſtigatione; ſi initio tantum, relegatione aut ſex ſeptimanarum carcere, prout propius vel minus ad vitalitatem acceſſit. Scilicet medio grauidatis tempore animam inflari HIPPOCRATES, ARISTOTELES et GALENVS ex eo coniecerunt, quod hoc tempore mater motus infantis in vtero primos perſentiſcit. Hos noſtri rident, qui animalcula ſpermatica, adeoque partum ſtatim viuere, credunt, licet propter puſillitatem mater id non ſentiat prius. Elector

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0017-1

AVGVSTVS *conſtit. 4. P. 4.* veteres medicos ſecutus, foeminam, quae hauſta potione foetum vivum abigat, gladio ferit, ſed incaſſum, quoniam vix vnquam de certitudine corporis delicti conſtare poteſt. Quomodo enim medici embryonem ſecantes ſcire poſſunt, morbo foetum aut herbis periiſſe? Vnde vltra fuſtigationem non proceditur. Sane confeſſio matris non ſufficit, vt ex ſequenti Obſeruatione apparebit.

IX. Ad certitudinem corporis delicti, in homicidio oſſa reperta aut cadauer putridum non ſufficiunt. Cum enim non raro homines taedio vitae aut metu tormentorum delicta non commiſſa fateantur, plane de veritate perpetrati criminis conſtare debet, vt etiam exiſtimemus litem ſuam facere iudicem, qui ſine hac certitudine capitis poenam irroget. Sic, etiamſi latro caedem confiteatur, atque oſſa occiſi reperiantur, tamen ſi de lethalitate vulnerum non conſtet, aut ob putredinem ſectio non facta, poena capitalis ceſſat, ſecundum hoc pronuntiatum noſtrum: *Hat St. daſs ſie an dritten Iannuar dieſes Iahres des Abends um 9. Uhr in ihren Bette ein Kind, dem ſie die Naſe zugehalten, daſs es bald weggeweſen, zur Welt gebohren, in Güte geſtanden und bekant: Ob nun wohl Inquiſitin nicht allein vorher ihre Schwangerſchaft verheelet, und an einem Orte, wo ſie anderer Perſonen und beſonders ihrer Eltern Hülfe nicht wohl erlangen können, das Kind gebohren, ſondern auch nach ihren eigenen, bey dem 29. Inquiſitional Articul gethanen Geſtändniſſe, ſolches zu ertöden den böſen Vorſatz gefaſſet, und dieſen, nachdem das Kind dadurch, daſs ſie ihm die Naſe zugehalten, bald weggeweſen, ſowohl, daſs ſie die abgeriſſene Nabelſchnur nicht verbunden, ſoviel an ihr, zu Werke zu richten geſuchet, wannenhero, daſs entweder ſofort die verwirkte Todes Strafe, oder, wenn derer in Geſichte des Kindes an der Naſe und Munde gefundenen Merkmale halber, nicht weniger weil Inquiſitin nicht volkommen bey einerley Auſſage bleibet, indem ſie ad Art. 36. das Zuhalten des Mundes einräumet, dieſes aber hernach fol. 50. wiederrufet, noch ein Zweifel übrig ſeyn ſolte, auf eine geſchärftes Mittel, hinter die Wahrheit zukommen, und ſie zu einem richtigen Geſtändniſſe zu bringen, vor allen Dingen das Abſehen zu richten ſey, behauptet werden möchte, übrigens wenn man demjenigen, was einige Rechtslehrer* (KRESS. ad Conſt. Crim. Art. 131. §. 1. Not. 1. CARPZOV Quaeſt. Crim. XI. num. 28. et 34.) *anführen, beypflichten wolte, auch die Gewisheit des corporis delicti vorhanden zu ſeyn ſcheinet. Dennoch aber und dieweil, da das von Inquiſitin zur Welt gebohrne Kind, von 3. Ian. bis d. 28. Febr. verborgen gelegen, mithin wegen der groſſen Fäulnis, nach des Arztes und Wundenarztes fol. 35. befindlichen Anzeiche, nicht ſeciret werden können, und die Mutter, indem das Kind nicht geſchrien, an ihm kein ander Merkmal des Lebens, als das angegebene Regen wahrgenommen, folglich ob ſolches zu der Zeit, da Inquiſitin ihm die Naſe zugehalten, wirklich gelebet, um ſoviel mehr ungewiſs verbleibet, als ohnedem dieſes letztere in dem Zeugniſſe fol. 6. dem Anſehen nach ſicher nicht berichtet werden mögen, und wegen des Falles, den Inquiſitin Tages vor der Geburt auf dem Berge gethan, nicht weniger, weil an der Nabelſchnur kein Blut gemerket worden, und die Entbindung nächtlicher Zeit unter dem Bette geſchehen, ſie auch ſelbſt nachher in einer Ohnmacht und Angſt ſich befunden, in der Ungewiſsheit beruhet, ſolche auch durch die Peinlichkeit und die darauf etwa von*

Inquiſitin erfolgende Beſtätigung ihrer Ausſage völlig und dergeſtalt, daſs ſie darauf mit einer Todes-Strafe zu belegen, deſtoweniger abzulehnen, da nur gedachte Inquiſitin bey der ſummariſchen Vernehmung und Antwort auf die Artikel mit vieler Aufrichtigkeit alles ſogleich geſtanden und fol. 10. als eine Sünderin herum zu gehen ſelbſt nicht mehr verlanget, mithin dieſelbe unter der Marter etwas, ſo an ſich doch ungewiſs verbleiben dürfte, zu erhalten, oder abzulehnen füglich nicht anzuſtrengen und aus nur angeregter Urſache, wegen Ungewiſsheit des wirklich volbrachten Mordes und da an dem halb verweſeten Leichnamme, keine fernere Merkmale einer geſchehenen Gewalt wahrzunehmen geweſen, die darauf zu richtende Frage-Stücken und ihre zuerſtattende Antwort keine völlige Gewiſsheit von des Kindes Leben geben können, jedoch der Inquiſitin böſer Vorſatz und ausgeübte Begünſtigung mit einer empſindlichen Leibes Strafe zu belegen; ſo iſt St. ihres eingeſtandenen Verbrechens halber, mit Staupenſchlägen etc. des Landes auf ewig zu verweiſen, nicht weniger zu Abſtattung der verurſachten Unkoſten, wenn ſie etwas im Vermögen hat, anzuhalten.

X. Teſtes quatuor non omni exceptione maiores an plene probent, dubia quaeſtio, quam negat STRVBENIVS *in Rechtlichen Bedenken p. 12.* Mihi ſic diſtinguendum videtur, an teſtes ſint plane inhabiles. Tunc enim vel centum nihil probauerint, v. c. ſi pater octo filios producat. Sin vero non omnino inhabiles producantur, ſed tales qui ſolum quodammodo ſuſpecti, recepta eſt ſententia: duos eiusmodi homines ſemiplenam, quatuor vero plenam probationem efficere. Nam quod deeſt qualitati multitudine compenſatur. BESOLDVS *Conſil. 246. num. 83.* LEYSER *Med. 1. Specim. 283.* MEVIVS *P. 3. deciſ. 403.* HEINECCIVS *Reſp 70. p. 486.* STRYK *de ſemiplena probat. Cap. 3. §. 3. num. 7.*

XI. Acceptatione non opus eſt, ſi debitum remittatur. Tametſi enim remittere idem plane ſit, quam donare, *cap. 10. X. de teſtib. L. 115. ff. de reg. iur. L. 12. ff. de nouat.* donationes autem acceptatione opus habeant, *L. 55. ff. de obligat. et act.* tamen in ſola remiſſione debiti eam non requiri, putamus, *argum. L. 47. ff. de obligat. et act. et L. 23. et 53. ff. de ſolut.*

XII. Super Legitimatione ad cauſam an licet iusiurandum deferre? Diſtingue inter actiuam et paſſiuam. In actiua, id eſt, ſi tibi iusiurandum deferam, me eſſe Titii heredem, iuris iurandi delatio locum non habet. RIVINVS *tit. 18. enunc. 19.*

XIII. Syndicatus inſtrumentum non vitiatur, ſi curatoria quarundam foeminarum deſint. Finge tibi enim has foeminas plane non comparuiſſe, cum de Syndico eligendo conſultaretur, aut comparuiſſe quidem, ſed diſſenſiſſe. Sane, ſi absque iis, adhuc duae tertiae ſuperſint integrae, iis ſuperſedere poſſumus, vt datae a nobis nuper hae rationes decidendi demonſtrant: *Obwohl in dem von Klägern übergebenen Syndicate in Anſehung der darinnen vorkommenden 4. Weibsperſonen keine Vormundſchafts Beſtädigungen vorhanden, mithin die angegebene Syndicen nicht ſatſam legitimiret ſcheinen; Dennoch aber und dieweil aus dem fol. 16. befindlichen Syndicate nicht allein, wer derer Weibsperſonen Vormünder ſeynd, Gerichtswegen mit angemerket worden, mithin legalitas und daſs leztere wirklich ihnen beſtädiget worden, zu vermuthen; Auſerdem aber, und wenn ſolches nicht*

für hinlänglich gehalten werden ſolte, gleichwohl aus denen Acten zu erſehen, daſs wenn man auch die in gedachten Syndicate befindlichen 4. Weibsperſonen, von der Anzahl der erſchienenen Gemeinde Glieder abziehen wolte, nichts deſtoweniger auch ohne ſolche noch mehr als $\frac{2}{3}$ der ganzen Gemeinde übrig bleiben, und die übrigen alle T. als Syndicen gewæhlet, ſo daſs auch auſſer dieſen vier Weibsperſonen und wenn man ſie ſchon als diſſentientes anſehen wolte, gleichwohl noch die Mehrheit der Stimmen vorhanden, ſo iſt etc.

XIV. Cautio pro expenſis ceſſat in cauſis minutis et matrimonialibus.

XV. Res iudicata non reſcinditur, ob inſtrumenta nouiter reperta, *L. 4. C. de re iud.* niſi lis per ſuppletorium deciſa ſit. *L. 13. C. de reb. cred. L. vlt. §. 1. ff. de acceptilationibus.* Neque tamen poſteriori caſu aliter reſtitutio peti poteſt, niſi nouo et ſeparato proceſſu, qui inſtitui non poteſt, niſi prius ſententiae priori paruerit actor; vt ex ſequenti Obſeruatione apparebit. Si autem per iusiurandum delatum res deciſa, ſeu vt rectius dicamus, transacta fuerit, reſtitutio plane ceſſat. *L. 1. C. de reb. cred.*

XVI. Minores contra rem iudicatam habent reſtitutionem in integrum, neque tamen breui manu, neque prius quam priori ſententia ſatisfecerint. Nam reſtitutio in integrum ſuſpendit ſententiae latae executionem iure Romano, *L. vn. C. in integr. reſtit. poſtul. ne quid nou.* Non autem iure Saxonico, quo reus non tenetur reſpondere, priusquam is, qui reſtitutionem petit, priori ſententiae ſatisfecerit. *Decis. Elect. 15.* ibique IOHANNES PHILIPPI *Obſ. 1.* BERGERI *Oecon. Iur. p. 1055.*

His praeludere placuit Orationi et Memoriae SCHÜZIO-GERSDORFIAE ſolenniter celebrandae. Laudanda ſane liberalitas, quae ex nobili genere artium ſtudioſos, ſtipendio legato alacriores, et gerendae reipublicae aptiores reddere voluit. Quo quidem beneficio exhilaratus, Generoſiſſimus atque Doctiſſimus

DOMINVS

IOHANNES GVILELMVS SIEGISMVNDVS DE ZESCHAV

EQVES LVSATVS

luce, ante diem Solis ob Sereniſſimi Electoris et Domini noſtri Clementiſſimi natalitia feſtum, proxima, quae Saturni eſt, ſe gratantium turbae miſcere, votaque ſua publicae laetitiae iungere atque obiter *de felicitate Saxoniae praeſenti* verba facere conſtituit. Neque ſuperſedebit, illam etiam, quam ſupra memorauimus, liberalitatem SCHÜZIO-GERSDORFIAM grato animo extollere, vt officio in teſtamenti tabulis ipſi impoſito ſatisfaciat. Igitur Rectorem Academiae Magnificum, Illuſtriſſimos Comites, Vniuerſitatis noſtrae Optimates et Commilitones Generoſiſſimos Nobiliſſimosque, vt oratori adeſſe atque beneuole eum audire velint, officioſe et peramanter rogamus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0021-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0022-8

Leipzig, Diss., 1764

ULB Halle 3
003 770 966

f

TA-3 OL

nur 31. Stck bisher verknüpft

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0023-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0024-0

1764,3. 1.

MORIAM

GERSDORFIAM

ORIO PETRINO

. HORA IX. RECOLENDAM

DICVNT

NARIVS

RIQVE FACVLTATIS

E ASSESSORES

PSODIA

quotidie obvenientium, neque
ibus deciſarum.

ectio I.

SIAE

LANGENHEMIA.

764.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793630-p0025-5